traque charitatem. Bucerus *a* licère vult uſuras, & refert Prateolus *b* idem de quodam, qui ſe Lutheri mandato eas exercere profiteretur. Adhibent hoc tempore conditionem Hæretici Calviniani prætertim dummodo non excedat uſura leges, ſive taxam Principis. Abulenſis *c* item ait ſecundùm ſe malas non eſſe, ſed quia prohibentur lege poſitiva, Judæis ſunt qui putent fas fuiſſe ab exteris ac Gentilibus, quique ex his facti eſſent Judæi, uſuram ſumere, Deo, qui omnium Domin. eſt, id permittente, concedente, donante; ſicut & permiſit ac juſſit quoque auferri vaſa Ægyptiorum *d*. Videtur ea permiſſio, conceſſioque verbis Deuteronomii *e* contineri: *Non fenerabis fratri tuo ad uſuram pecuniam, &c. ſed alieno*: & *f*, *Fenerabis gentibus multis, & ipſe à nullo accipies mutuum*. Idem innuitur c. 28. *g*. Similia ſunt in Exodo *h*, & in Levit. *i*. In iſta ſententia eſt Conradus *k*, Joannes Medina *l*, Gabriel *m*, Major *n*, Abulenſis *o*, (qui addit converſis licuiſſe à converſis, & à Judæis, & à Gentilibus, fęnus accipere) & alii quos Covarruvias *p*, refert neutram ſententiam reſpuens: nec Molinæ noſtro, & Azor *q*, videtur improbabilis, B loquendo maximè de illis, quibuſcum Judæi gerebant juſtum bellum: & citat Molina pro eadem Ambroſium *r*: Azor alios multos.

Exiſtimant alii permiſſam uſuram illam non ut licitam, ſed ut minùs malam, eo modo, quo libellum repudii *ſ*: propterea enim inter alia beneficia Meſſiæ numerari, ut ex uſuris & iniquitate redimeret animas etiam Judæorum *t*, quod de iis maximè uſuris verum videtur, quas ipſi crebrò ac impunè quũ Gẽtibus exercebant. Siquidem propter divinam prohibitionem, aut nullæ, aut admodum paucæ erant quas exercebant inter ſe. Quemadmodum etiam fortaſſis ob ſimile præceptum: *Non erit meretrix* u, *de filiabus Iſrael*, non ita multæ Judææ ſeſe proſtituebant: Quamquàm exactas à fratribus uſuras Nehemias *x*, reprehendit. Hæc eſt opinio Thomæ *y*, Abulenſis *z*, Cajetani *a*, Soti *b*, Caſtro *c*, & noſtri Valentiæ *d*, omiſſis aliis quos citat Azor. Abulenſis *e*, id oſtendit præterea teſtimonio Rabbi Salomon in c. 22. Exodi & Gloſſæ cujuſdam Hebr. in hunc locum Pſalmi, quæ interpretatur ut nec etiam Gentili detur ad uſuram. C Ratio cur per ſe malæ ſint uſuræ, evidens eſt, quia, ſalvo damno emergente, lucrove ceſſante, pro re cujus per mutuum transfers in alium dominium, aliud exigere præter ipſam, eſt velle duplicem ejuſdem rei compenſationem. Accedit quòd nemo ſpontè ac libenter ſibi fieri contentus eſt quod facit alteri, dando ei ad uſuram. Eſt ergo talis contractus ipſi rationi ac naturæ legi repugnans. De Judæis arbitretur quiſque ut libet: propendeo equidem magis, permiſſas dumtaxat ut minus malum ab exteris uſuras, non donatas à Deo. *Fenerari Judæos Gentibus* interpretari licèt, adeo abundare, ut dare mutuò illis poſſint: à nullo fœnus accipere, ſcilicèt ex Gentibus non egere mutuo eorumdem. In jure civili *f*, permittitur, daturque etiam actio ad exigendum uſuram, ea ratione, quia quædam alia mala impunita ſinuntur. Hieronymus Ezechielem declarans *g*, docet in principio legis à fratribus tantùm fęnus ablatum, in Propheta prohibitum ab omnibus, in Evangelio *h*, virtutis augumentum eſſe ut mutetur quis, nihil inde ſperando. Hoc etſi ad conſilium ſpectare poteſt, ut quis alacriter mutuò det, etiam D abſque ſpe recuperandi; & hoc videatur velle Hier. tamen de cavendæ prorſus uſuræ præcepto citati Pont. acceperunt, ut diligenter oſtendit citatus etiam Valen *i*

Plura contra uſuras hoc loco Baſilius, & Chryſoſtomus, Hugo Cardinalis, & citatus antè Ambroſius. Plutarchus etiam in opere proprio de non fœnerando. Memorabile quod alicubi narrat Livius *k*, fœnera oribus Romæ diem d. ab Ædilibus, qui eodem teſte, ex illorum pecunia mulctatitia poſuerunt limina ænea in Capit. *l*

Quòd ſi leges civiles à Chriſtianis quoque receptæ permittere nonnullas uſuras videntur: revera tantùm id pertinet ad forum externum, in quo præſumitur juxta certam poſitam taxam ceſſare mutuatori vi mutui juſtum lucrum reſpondens auctorio, ſeu ſummæ quæ ſupra Capitale exigitur: vel procreari damnum æquivalens: denique hac ratione præciditur litibus occaſio, non autem conſulitur juſtitiæ contractus in foro conſcientiæ. Nec ſolùm permittunt jura civilia, ut minus malum, uſuram, ſicut meretrices, ut putavit Soto *m*, ſed abſolutè, ut oſtendit Covarruvias *n*.

a in Matth. b in Elench. verbo, Judæorum hæreſis. c in Mat. 25. q. 171. 2. 3. Judæorum uſuræ. d Ex. 12. 35. & ſeq. e cap. 23. 19. f cap. 15. 6. g verſ. 44. h cap. 22. 25. i cap. 25. 37. k Quæſt. 24. de contract. l in Cod q. 2. de Uſura. m 4. diſp. 15. q. 1. a. 4. 1. ſub finem. n q. 29. ad 2. o Ex. 22. q. 16. & 17. Deut. 33. q. 6 Matt. 25. q. 168. 169. 170 171. Uſura Judæis permiſſa non ut licita ſed ut minus mala. p 3. Variarum reſolut. c. 1. n. 7 q Tom 2. de Juſt. diſp. 304 q Inſt. Mor. tom. 1. lib. 6. c. 1. & tom. 3 de reſt. ex uſura c. 2. q. 1. r de Tob. c. 8. & 15. ſ Deut. 24. 5. Matt. 19. 7. t Pſ. 71. 4. u Deut. 28. 17 x 2. Eſd. 5. 7. y 2. 2. q 78. a. 1. ad 2. q. 43. de Malo art. ult. z 3. par. q. 36 memb. 4. a n. 2. 2 ſupr. b 6. de Juſt. q. 1. art. 1. Ratio cur per ſe malæ ſint uſuræ. c cont. Her. verb. Uſura. d 2. 2. diſp. 5. q. 21. punct. 1 e Ex 22. q. 16 Fenerari Judæos Gentib. ut interpretari licet. Uſura quomodo in jure civili permittitur. f C de Uſu. l. 1. 2. & alii. Uſura ut per gradus ſeper magis prohibita. g cap 18. h Luc. 6 35. i ſupra. Fęneratoribus Romæ dies dicta ab Ædilibus. k l. 7. ab Urbe condita longius à princ. Leges civiles a Chriſtianis receptę uſuras ut permittunt. l lib. 10. ante ſ med. m 6. de Juſt. q. 1. art. 1. n 3. Variarum c. 1.

A *Et munera ſuper innocentem non accepit.*] Hieronymus: *adverſus innoxium*: Græcè, ἐπ᾽ ἀθώοις, in plurali, quomodo legit quoque Auguſtinus hoc loco, & Cyprianus *o*. Aquila numero ſingulari exprimit ταπεινόφρονα καὶ ἁπλοῦν, *humilem, & ſimplicem.* Symmachus, ταπεινόφρονα καὶ ἀμώμον, *humilem & immaculatum*. Hieron. verſio indicat, munera non accepta ut quis innocentem condemnet: nec rarò particula *ſuper*, hunc habet uſum ut Pſal. *p* XXVI. *Dum appropriant ſuper me nocentes*: & XXXVI. *ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis q*: & XXXVII *ſuper me magna locuti ſunt* r: & XL. ſ *Magnificavit ſuper me ſupplantationem*: & LXXXII. t *Super populum tuum malignaverunt conſilium*, & alibi ſæpe.

Quamvis autem nec liceat accipere, ut quis condemnet nocentem, vel ut abſolvat eum: item ut innocentem aut abſolvat, aut condemnet: quia ſimpliciter, ut priùs dixi, nullo alio propoſito pretio, amore juſtitię, juſtitiam debet adminiſtrare: ſed innocentis damnatio ſceleſtiſſima, & execratione digniſſima: *Ve* u *qui juſtificatis impium pro muneribus, & juſtitiam juſti aufertis* B *ab eo: Ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt* x: *Munera de ſinu impius accipit, ut pervertat ſemitas judicii* y: *Qui projicit avaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis habitabit* z. Lege præterea Exodum *a*, Deuteronomium *b*, Micheam *c*. Plura, ut præmonuimus, egimus hac de re in Actus Apoſtolorum, & in Eccleſiaſten: Legendaque Petri Damiani *d*, eodem de argumento epiſtola quædam ſingularia exempla in Samuele *e*, ſunt, & in Paulo *f*, Scitè admodum Jethro judices eligi, dixit debere, *in quibus ſit veritas, & oderint avaritiam* g.

Loco *munerum*, quæ Græcè δῶρα Hebraicè nomen eſt numeri ſingularis שחד *ſchochad*, ſignificans præcipuè *munus, quod inique accipitur à magiſtratu*, propter quod agi contra ipſum poſſit lege repetundarum ob malè ablatas, ut loquitur accuſans Vertem Cicero, captas, coactas, conciliatas, averſas pecunias. Quo propriùs accedit quis ad Deum dignitate, hoc liberaliorem decet eſſe. Falſa numina manibus fingebantur ſupinis & repandis ad accipiendum, non ad dandum extenſis.

C Ὅταν γὰρ (ait Ariſtophanes *h*) εὐχώμεθα διδόναι τ᾽ ἀγαθά,
Ἑστηκεν ἐκτείνοντα τὴν χεῖρα ὑπτίαν.
Οὐχ ὡς τι δώσοντ᾽ ἀλλ᾽ ὅπως τι λήψεται.
Nam quum precamur largientur ut bona,
Manum ſupinam porrigentes ſtant, velut
Nihil daturi, ſed recepturi magis.

Quò utrumque ſpectat illud Sapientis: i *Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.* Quamvis *apertio* quoque *manuum* ſymbolum ſit liberalitatis: hinc illud divinum elogium, *Dante* k *te illis, colligent: aperient te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.* Excuſſio manuum à munere, de quo Iſaias *l*, innuit, ut ſi fortè in apertas ad dandum imponat quis manus, perinde id abjiciat ut ſorde, veneno, flamma tactæ manus excutere ſolent: nec in iis avaritiæ viſcum eſſe quo donata hæreſcant. In talium David *m* manibus ait iniquitates eſſe, & dexteram eorum repletam muneribus. Immo Thebani Statuas Judicum ſine manibus fingebant. Scribit Petrus Damianus *n*, dum exponit quantis excruciatus conſcientiæ ſtimulis munus, ab Abbate S. D Simpliciani, Mediolani legatus Apoſtolicus acceptum pene coacte, honeſte tamen poſtea etiam remiſerit; morem fuiſſe miniſtris Apoſtolicæ Sedis, ab his, quorum adhuc negotium pendet, nihil prorſus accipere: ab his autem qui omnino quieti ſunt, ſi dare voluerint, non abjicere. Ejuſdem de viſco avaritiæ ſimilitudo eſt, quàm modò poſui, ac proteſtatur maluiſſe ſe lepra percuſſum (alludit ad Giezi) quàm illo munere ſauciatum *o*.

Qui facit hæc, non commovebitur in æternum.] His quæ dicta ſunt, Pſal. toto de juſtitia circa perſonam, famam bona temporalia Proximi, itineribus ingrediens non nutabit, non labetur, non ruet præceps (hoc valet οὐ σαλευθήσεται, & לאימוט *lo timmot* certam ſéper tenebit orbitam curriculi: gravi ſolidarum onuſtus pondere virtutũ quæ non ſinent huc illuc impelli: *Non dabit Deus in æternum fluctuationem juſto* p: perducet, deducet & adducet eum ad tabernaculum, & montem Sanctum *q*, ut ibi habitet, & requieſcat quum ipſo qui non mutatur *r*, & *apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio* ſ.

Non ergo auditores tantùm verbi, idque credentes, ſed factores juſtificantur *t*, & beatitudinem conſequun-

o lib. 1. c. 48 p verſ. 2. Particula *ſuper* uſus interdum. q verſ. 12 r verſ. 17 ſ verſ. 10 t verſ. 4 Innocentis damnatio ſceleſtiſſima. u Iſ. 5. 13 x Job 15. 34 y Pr. 17. 23. z Iſ. 33. 15 16. a cap. 23. 8 b cap. 10. 17 cap. 16. 19 c. 27. 25. c cap. 3. 51 d lib. 2. epiſt. in 2. epiſt. e 1. Reg. 12. 3 f Act. 20. 33 g Exod. 18. 12 Falſa numina cur manibus fingerentur ſupinis & repandis. h in Concionatricibus. i Eccl. 4. 36 Apertio manuum ſymbolum liberalitatis. k Pſ. 103. 28 29 l cap. 33. 15 m Pſ. 25. 11 Thebani ſtatuas Judicũ ſine manibus fingentes. Munus acceptũ legatus Apoſtolicus ut remiſerit: n lib. 6. ep. in 31 Miniſtrorũ Appoſtolicę Sedis mos. o 4. Reg. 5. 27 p Pſ. 54. 23 q Pſ. 42 3 r Malac. 3. 6 ſ Jacob 1. 17 Non auditores verbi tantum, ſed factores juſtificantur. t Rom. 2: 13

quuntur *a*. *Non commovebitur in æternum, qui habitat* A *in Jeruſalem* cęleſti *b*, *in Sion civitate ſolemnitatis* Beatorum: *in Jeruſalem habitatione opulenta: in tabernaculo, quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur clavi ejus in ſempiternum, & omnes funiculi ejus non rumpentur, quia ſolummodo ibi magnificus Dominus noſter* c.

Nec in hac quidem vita ſuper hanc firmam petram fundatus, quamdiu inhæſerit in ea, quique audit verba Dei, & faciat ea, damnum caſumque patietur à pluvia, fluminibus, ventis *d*, gratia ſtabilitum cor habebit *e*, non faciet opus inſtabile *f*, non fiet inſtabilis, quia peccatum non peccabit *g*.

Porrò quemadmodum dixi, Chryſoſtomum hæc omnia demonſtrare Davidem præſtitiſſe, quæ ab aliis exigit: ſic Petrus Lombardus eadem in Chriſto demonſtrat multo cumulatiùs. Auctor præ manibus eſt, Jubet verò notare, dici, *Qui facit hæc*, ut ad actum nos Pſaltes invitet, non ſolùm ad cantandum hæc.

a Jacob. 1. 22 b Pſ. 124. 1. 2 c Iſ. 33. 20. 21 d Mat. 7. 24. 25. e Heb. ult. 9. f Prov. 11. 18 g Thren. 1. 8. Petri Lombardi obſervatio.

PSALMUS DECIMUS. QUINTUS.

1 Tituli inſcriptio ipſi David.

CONſerva me Domine, quoniam ſperavi in te.
2 Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.
3 Sanctis, qui ſunt in terra ejus, mirificavit omnes voluntates meas in eis.
4 Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum: poſtea acceleraverunt.
Non congregabo conventicula eorum de ſanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.
5 Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi.
6 Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara eſt mihi.
7 Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: inſuper & uſque ad noctem increpuerunt me renes mei.
8 Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper; quoniam à dextris eſt mihi, ne commovear.
9 Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultavit lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.
10 Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.
11 Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua uſque in finem.

Tituli inſcriptio ipſi David.

Verſ. 1.] Conſerva me Domine, quoniam ſperavi in te.

QUÆ Latinè dicitur *Tituli inſcriptio ipſi David*. Græcè vocatur, Στηλογραφία τῷ Δαυίδ, Hebraicè מכתם לדוד *michtham le David*: Chald. גליפה תריצתא לדוד *ghelipha theritſetha le David*; *Sculptura recta Davidi*. In Pſalmo 55. 56. 57. 58. 59. aliis tamen additis, extant in Titulo eædem voces Tituli Στηλογραφίας, מכתם *michtham*: ſed Chaldaica illa non legitur. Hieronymus in ſua verſione pro Hebræa voce poſuit hoc loco, & in dictis Pſalmis, epitheta duo, David, *humilis, & ſimplicis*: hic retinuit IV. & V. editio dictionem Hebræam. Aliqui Græci pro τῷ Δαυίδ: *ipſi David*, habent, τοῦ Δαυίδ, *ipſius David*. In hoc ultimo parvi momenti differentia eſt. Hieronymus vocabulum Hebræum reſolvit in duo, in מך *mach*, quod *attritum* ſignificat, humilem, pauperem, à מוך *much*, aut מכך *machach*: & in תם *tham*, quod *perfectum*, integrum, ſimplicem, ut antea non ſemel vidimus. Aquila in titulo Pſalmi LV. idem fecit, reddens ταπεινὸν, & τέλειον *humilem, & perfectum*; Symmachus, ταπεινόφρονα ἄμωμον, *humilem & immaculatum*. Paraphraſis quoque Chaldæa, hoc excepto Pſalmo, in ceteris exponit eadem ratione.

Gregorius *h* Nyſſenus in genere docet per Στηλογραφίαν, ideſt, *columnæ*, ſive *tituli inſcriptionem*, deſignari rem, de qua in Pſalmo agitur, in memoria, velut in columna incidendam eſſe, ut, exempli cauſſa, ne de adver- B ſario nos vindicemus, quod dictis Pſalmis tractari putat. Græci enarratores Latinique maximè veteres, conſentiunt interpretando de Chriſto, in iſto Pſalmo prophetiam de illo contineri admirandam, tamquam in columna inciſam, & perpetua Scriptura dignam, potiſſimum de triumpho mortis ac reſurrectionis ejus: quia tituli & columnæ non ſolùm ſepulchris imponuntur, & liminibus domorum, ac civitatum, ſed vincentibus etiam eriguntur *i*. Trevetus ait ſignum poni in titulo, ut intelligatur, quæ de David dicuntur, ei tantum convenire, ut ſignum erat Chriſti. Extendunt Didymus & Heſychius rationem ad viros ſanctos, quorum virtutes velut in columna deſcribantur, quas & in tabulis cordis carneis ipſimet inſcripſerint, faciles & moles ad tales characteres recipiendos. Theodorus Antiochenus, & Theodotio in Catena Barbari, exiſtimant Pſalmum iſtum eſſe veluti monumentum gratiarum actionis pro everſione hoſtium totius populi, ne ſcilicet eorum perniciem ſibi lucro apponerent, ſed ſcirent quomodo, & quibus verbis lætari gratiaſque agere deberent.

C Prioribus acquieſco, atque cum Euſebio, Euthymio, Lyrano, Cajetano, & aliis judicio ſupervacaneum quærere, ad quemnam referenda ſit propheta, tam locuplete teſte Petro, necnon & Paulo illam explicante de Chriſto in Actibus Apoſtolicis *k*, ut nos ibi quoque vidimus. Quamquam neque contradico, nonnulla ipſimet Davidi propriè convenire, & ad litteram, quod Thomas notat, ſed Chriſto multò meliùs quem adumbrabat, & repræſentabat: quod quum Cajetanus hic negat, ſcilicet etiam ad litteram de Chriſto poſſe intelligi, quæ litteraliter intelliguntur de David, quum Catharinus *l* refellit. Illud etiam planè certum, quæ dicti citant ex hoc Pſalmo Apoſtoli, in Chriſti locum per ſe habere, & eodem ſenſu á David inſerta eſſe: quod facit præterea in aliis Pſalmis, aliique Prophetæ in ſcriptis ſuis.

Porrò non adeò probabile, quod Felix, Vatablus, Eugubinus, Cajetanus, Janſenius, Folengius, Clarius, & præterea Hebr. afferunt de notione ac ratione vocabuli מכתם *michtham*, pro auro, margarita pretioſa, diademate, inſigni aliquo; quod Pſalmus hic pretioſus fuerit D Davidi, quaſi dicatur *Pſalmus aureus*; vel indicet dignitatem ipſius militarem, qualis eorum, quos appellamus *equites auratos*; vel *coronam*; quo David nomine Deum nominet, ſive *decus*, & *præſidium ſuum*: deinde pro tono muſico cantilenæ vulgo notæ ab ea dictione inchoatæ: item pro muſico inſtrumento aureis cælaturis inſculpto; tandem ut ſit מכתם *michtham* pro מכתב *michthau*, *ſcriptum* vel *ſculptura*. Ultimi hujus dicendi modi Cajetanus meminit, & placet Agellio, & Bellarmino, poſſetque confirmari ex Iſaia *m*, qui canticum Ezechiæ appellat מכתב *michthau*, Latinè, *ſcripturam*. Aſſerit idem Agellius nomen מכתם *michtham* eamdem *ſcripturæ* ſignificationem habere, ſicut נכתם *nichtham* *n*, ut quidam Hebr. exponunt. Tunc dicendum erit Lxx. reddere Στηλογραφίαν, ideſt, *inſcriptionem inciſam*, ut intelligeremus eſſe titulum memorabilem, dignum qui numquam aboleatur.

Sectari nos docet Chriſtianos doctores, & Patres quidem præcipuè magis quàm Hebræos & Hebraizantes, ut rectè Lyranus monet, etſi titulum, ut à Hieron. redditur, ſequens, de Chriſto, qui ſeipſum *mitem*, & *humi-*

lem

Eædem voces tituli. Στηλογραφίαι in quibus Pſalmis. h Tract. 2. de Inſcr. Pſal. c. 6. & 15. i Euſebius Theodoret. Hieronymus Euthymius, Ruffinus, Remigius, Caſſiodorus. Prophetia hæc de Chriſto explicata à Petro & Paulo. k cap. 2. 31. c. 13. 25. Cajetanus à Catharino refutatus. l l. 2. Annot. in Cajetan. Felicis, Vatabli & aliorum expoſitio improbata. m cap. 38. 9. n Jerem. 2. 22.

a *Matt. 11. 29.*

lem corde, vocavit *a*, exponit. Quamvis poſſet Hebr. nomen pro *calatura auri* denotare, Tituli inſcriptionem auro cælatam fuiſſe, ut litteris, quæ vocantur *Epigrammata*, vel ſignis, vel & utriſque quidam enim tituli nudi erant abſque inſcriptione. Id innuit Paraphraſtes, appellans *ſculpturam rectam & pulchram*, & utens nomine גליפה *ghelipha*, quòd à verbo Græco γλύφω, *ſculpo*, deductum videtur. Vel, ut placet Burgenſi, *Aurum optimum Davidi*, deſignaret myſteria Paſſionis, & Reſurrectionis Chriſti, quæ ſunt optima.

b *Gen. 28. 18. c. 31. 45. c. 35. 14. 20. Ex. 24. 4. l. 2. c. 38. 18. lib. 4. 23. 17. Ezech. 30. 15. 1 Mach. 13. 17 & ſeq.*

Valtrini expoſitio minus probata.

Itaque *inſcriptio tituli* ſignificat monumentum, columnam, ſtatuam, pyramidem, ſignum in rei memoriam erectum cum characteribus, litteriſque aureis, aut ſimul etiam cum rebus aliquibus geſtis, inſcultis in auro. Aliorum titulorum Scripturæ ſacræ aliquot locis meminerunt *b*. Non in hoc autem dumtaxat, ſed in aliis etiam Pſalmis, quos dixi gerere inſcriptionem, ſeu titulum eumdem, de periculis ita ſcribit David, ut adjungat vel victoriam, vel victoriæ certam ſpem. Quocirca non placet, pro ſepulchrali ſolo titulo accipere, ut noſtro viſum Valtrino, ſed potiùs pro victoriali: & Davidem exiſtimo Pſalmos ejuſmodi ſcripſiſſe, non quum jam deſperata ſalute de morte cogitaret ac ſepultura, & præciperet quid in ſepulchro inſcribi vellet: puto potiùs, lætum, quòd ſe defunctum iri, vel jam defunctum periculis perſpiceret, ceciniſſe, quæ titulis inſcribi ad memoriam poſſent. An autem Pſalmos eoſdem incidi fecerit in materiam ſolidiorem, quod Agellius ſentit, non mihi liquet. Quidquid ſit, non debuit Euſebius negare *ſ*

Euſebius notatus.

Hunc Pſalmum Pſalmi rationem habere, etiamſi prænotetur ſtylographia. In quibuſdam libris Pſalmi nomen expreſſum eſt.

c *Matt. 27. 37. & alii Evangeliſtæ*

Ruffinus, Haymo, Caſſiodorus, Thomas, Hugo Cardinalis, Auguſtinus, Hieronymus, Dionyſius, Carthuſianus, Ludolphus, Varlenius, Innominatus, titulum crucis, quem Pilatus poſuit *c*, indicari exiſtimant. Sed non iſtam hic habet ſignificationem *Tituli* vox, ut ſatis adhuc oſtenſum eſt: & idem eſſet de aliis Pſalmis habentibus eumdem titulum, quod tamen non dicunt.

Ceterùm de Pſalmi argumento conſtat ex dictis. Optat Propheta, ſubque illius potiſſimum perſona Chriſtus, tutelam Dei: profitetur ſe ab impiis abhorrere, ſanctis addictum eſſe; Dominum in hæreditatem elegiſſe: prædicit mutationem legis antiquæ, reprobationem Judæorum, electionem Gentilium. Hoc nomine gratias agit eidem Deo: certò pollicetur ſibi reſurrectionem perpetuamque felicitatem.

Conſerva me Domine, quoniam ſperavi in te.] Ratio cur imploret Dominum cuſtodem, quia non alios agnoſcat Deos: non propriis fidat viribus, non ullo homine nitatur, aut re quacumque, ſed in unum illum ſperet, ac in eo collocet omne præſidium, ſeſeque impetraturum certò ſperet. Inducitur orans David ſub perſona Chriſti: Chriſtus ſub propria, & membrorum ſuorum. Quamvis non cadat in Chriſtum ſpes reſpectu objecti beatifici, quod ſemper habuit, tamen ut certam importat rei futuræ expectationem, verbi gratia de corporis incorruptione, ſpem habebat, ut hoc loco docet Hugo Cardinalis, ſicut & in cœlo Beatorum animæ. Thomas Tertia parte *d*, negat in Chriſto propriè fuiſſe ut eſt virtus Theologica, ratione imperfectionis in deſiderio objecti beatifici futuri, & ardui. Alioquin probabile eſt; expectationem gloriæ corporis, & gaudium de viſione Dei, tamquam de proprio videntis bono, & amorem concupiſcentiæ circa illam, proficiſci ab habitu ſpei Theologicæ. Ita ſentit Suarez *e*, & alii.

Spes ut in Chriſto dici poſſit.

d *q. 7. art. 4.*

Suarez & aliorum ſententia.

e *Ibidem.*

f *Hebr. 5. 7.*

Oraſſe Chriſtum, ſæpius produnt litteræ Novi Teſtamenti. Paulus *f*, autem ſcribit, *in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſque ad eum qui poſſet illum ſalvum facere à morte, cum clamore valido, & lacrymis* obtuliſſe Orans Chriſtus exteriùs, exemplo nobis eſt ut oremus: & quemadmodum Hugo Cardinalis hinc argumentatur adverſus Pelagianos, ne quid nobis attribuamus, quum caput Eccleſiæ Chriſtus oraverit etiam pro ſe. Oravit autem Chriſtus pro ſe ut homo, quia non communicavit Deus Humanitati, ut omnia poſſet abſolutè, ſed quædam voluit, ut per orationem conſequeretur: ſimul præterea ut debitus ordo inferioris naturæ ad ſuperiorem ſervaretur; & ut debitus hic religionis cultus Divinitati præberetur: denique ad exemplum noſtrum, ut dixi. Lege Thomam *g*, & quæ diximus Pſalmo ſecundo.

Exemplo nobis Chriſtus ut oremus.

Hugonis Cardinalis argumentatio.

g *3. Par. q. 21*

h *Tom 5. Bibl. Patrum.*

Idiotæ expoſitio.

Idiota *h*, longè antiquior, Pſalmum hunc declarans ait verba iſta rectè conſiderata amovere omnem occaſionem ſuperbiæ: quia qui petit à Deo conſervari in ſtatu virtutis, ſignificat per hoc, quòd nec à principio ipſam virtutem ex ſe acquiſivit. Deinde ſubdit duo verba eſſe, quæ ſemper habere debeamus in ore: *Miſerere mei Deus*, quum ſcilicet recordamur peccatorum: &, *Conſerva me Deus*, quando recordamur virtutum. Amplectitur ambo iſta verſiculus ille adeo celebratus à Caſſiano *i*, *Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me feſtina k.*

i *Coll. 10. c. 10.*

k *Pſ. 69. 2.*

Conſerva me.) Hieronymus, *Cuſtodi*, Græcè φύλαξον. Hebraicè, שמרני *ſchimereni*. Non eſt in compoſitione verbi Latini, vis illa quam Hugo ſpectat Cardinalis, ut quis oret pro ſe, & pro aliis, ut jungat ſe aliorum Societati, precibuſque, ut cooperetur Deo in conſervatione, ſaluteque propria. Acutiùs hæc, hiſque ſimilia dicuntur, quàm ſolidè, tamen verè, & piè.

Domine.) Aquila, & Theodotio. Ἰσχυρέ, *Fortis*. Hieronymus, *Deus*. Unum de nominibus Dei, אל *el* eſt hoc loco: quod *Fortem* ſignificat. Rectè nomen Dei *Fortis* nunc ponitur, quum cura, cuſtodia, tutela, defenſio poſtulatur.

Speravi.] Hebræi verbi חסיתי *chaſitchi* vis eſt ad ineundam ſtudioſam & eximiam præſidii tutelam, ac ſæpe numero de avium erga pullos cura uſurpatur, indeque transfertur ad certiſſimam opem Dei, tamquam in morem aſyli, quod Hebræo item nomine, appellari poteſt מחסה *machſeh*. Quin & non ſemel adhibetur eadem illa comparatio ex alis avium pullos protegentibus, ut Pſalmo ſequenti *l*, & in aliis *m*, ut alios omittam libros.

l *verſ. 8.*

m *Pſ. 35. 8. Pſ. 56. 2. Pſ. 50. 5. Pſ. 62. 8.*

Cauſſa accipiendæ à Deo protectionis, ſpes eſt: & juſto confidendum in illius auxilio, ut perſeveret, nam, *Qui ſperant in Domino, mutant fortitudinem*, ideſt, illa, quam à Deo acceperunt, per humanam fragilitatem debilitata, reſtaurante ipſo, aliam induent. *Deficient pueri, & juvenes in infirmitate cadent* n: *eo quòd*, inquit Hieronymus *o*, *in viribus juventæ ſuæ ſpiritualis confiſi ſunt.*

n *Iſa. 40. 30. 31.*

o *3. con. Pel.*

Verſ. 2.] Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

IDCIRCO in te unum ſpero, abs te conſervari peto, quoniam ego quidem nihil habeo quo egere poſſis ipſe tibi ipſi ſufficiens; nihil ex meis in te rebus operibuſve commodi redundat: contrà vero tu bonorum origo omnium: nec eſt quidpiam in me, quod non pendeat à te: immò quantus quantus ſum, tuo munere ſum; tua ſemper egens ope: & ſi faciem averteris, mox in pulverem, ac nihilum redigendus. Habent alii ſervos, mancipiaque, quibus ita benefaciunt, commodantve, ut eorumdem ſimul tamen viciſſim, ut ipſi ſuiſmet ſerviant rebus, opera indigeant, nec omnino carere omnibus poſſint, ſi tueri vitam, & gradum velint. Creaturarum inter ſe nexus tantus ut alterius etiam inferioris egeat alia, quoniam pertinent omnes ad conſtitutionem univerſi, ut annotat Idiota. Deus autem non pars eſt, ſed principium univerſi, ab hoc nullo pacto pendens. Idem Deus ante omnem creaturam, idem, qui nunc, fuit, ab æterno αὐτάρκης, ſufficiens ſibi ipſi, & contentus: quem putant Hebraicè quoque dici שדי *ſchaddai* à ש *ſch* relativo, & à די *dai*, quod *ſufficientem* ſignificat; & quandoque vertitur *Omnipotentis* vocabulo *p*, aut *Fortis, Victoris, Robuſti, Invicti, Abundantis*. *In protectione Dei cœli commorari* q, Hebraicè eſt, in protectione שדי *ſchadai*, quod Hieronymus *r*, cum Aquila interpretatur ἀλκιμον, & Latinè *robuſtum*, ſufficientemque ad omnia perpetranda. Rabbi Elias Theſbites citans alios Rabbinos, tradenſque dictam etymologiam vocis שדי *ſchaddai*, rationem dat à *ſufficientia*, quam Deus habet in Deitate ſua, vel ab eo quod dixerit mundo ſuo; *ſatis eſt*, nempe quia nec egeat bonorum noſtrorum, & abundè ſufficiat omnibus creaturis ſuis, atque aliis infinitis, quas condere poſſet. Hoc innuit Paulus *ſ*, ſcribendo, quòd *omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt, & præſtat nobis abundè* t, *omnia ad ſervendum*.

Creaturarum inter ſe nexus tantus, ut alterius etiam inferioris egeat alia.

p *Job 8. 3. & alibi.*

q *Pſ. 90. 1.*

r *Epi. 136.*

ſ *2. Cor. 3. 5.*

t *1. Tim. 6. 17.*

Ubi videri præterea poteſt in eodem nomine aliud etymon à שד *ſchad*, *mamma*, propter dictam abundantiam, & ubertatem jugiter manantem, nunquamque deſi-

a *Sap. 16. 25*

b *verſ. 13. n. 2. & ſeq.*

c *lib. 1.*

cientem, vel imminutam, quam Sapiens *a*, appellat nutricem gratiam. Lege loci illius Commentarium noſtrum, & Pinedæ in caput XXI. Job *b*: expreſſit Lucretius *c*, Dei ſufficientiam iſtam.

Ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiga noſtri.

d *l. 6. c. 20.*

e *ep. 5. & 59. q. 3. & Orat. cont. Judæos.*

f *Act. 17. 25*

g *Rom. 11. 35 Iſa. 40. 13.*

Noſtra Deus ſervitute non eget, ſed nos dominatione illius.

h *8. de Gen. ad lit. c. 11.*

i *lib. 4. 31.*

Deus à nobis cur amari vult, cur munera, cur ſacrificia acceptat.

k *In Pſ. 27.*

Apoſtoli *d* quoque in Clementis conſtitutionibus dixerunt, non opus Deum ſacrificio habuiſſe, quum nulla re ſuapte natura indigeat (ſcribit idipſum adhuc Auguſtinus *e*) & Paulus *f* alloquens Athenienſes: *Non indigens*, inquit, *aliquo, quum ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem, & omnia* & de quo loco conſule noſtrum commentarium: ait etiam *g*: *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* Vere Auguſt. *h* hinc elicit, noſtra Deum ſervitute non egere, ſed nos dominatione illius. Irenæus *i* præterea ſcribit, ad hoc Deum velle à nobis amari, quia id nobis bonum eſt, & nos honorare, dum munus à nobis accepta. Item cum Irenæo citatus Auguſt. docent Sacrificii acceptatione homines Deum conſulere, & occaſionem accipere præſtandæ illi remunerationis. Similia quoque Hilarius k.

Dixi Domino.) Hebr. אמרת *amarth*, in ſecunda perſona fœminini generis; *Dixiſti*, nimirum anima mea. Chaldaicè, *Locuta es tu anima mea coram Domino*, מללת נפשי קדם ייי *Maleleth anthnapſchi kadam* ייי. Fieri poteſt ut legerint LXX. אמרתי *amarthi* in prima perſona, Trevetus, ac Felix meminerunt alterius verſionis אמרת *amartha, dixiſti*, quo pacto is, qui Chriſto dixerat, *Conſerva me*, eidem diceret: Tu dixiſti Dom. Patri tuo *Deus meus es tu*: &c. ſequor exemplum tuum. *Dicere autem Domino*, poteſt quoque ſignificare de Domino.

Deus meus es tu.) Si Chriſtus loquitur, ut homo loquitur in forma ſervi, & ſervus: ſi res bene percipiatur, humanæ naturæ ratione dici poteſt. Quem loquendi modum non horrent hoc loco, Athanaſius, Euthymius, & alii, noſque alibi *l* oſtendimus. Abuſus eſt Arianorum fautor Euſebius hoc loco, docens lege naturæ, cujuſvis filii patrem, Dominum quoque ejus exiſtere, ob id unigeniti illius Filii Dei, qui genuit illum, Patrem eſſe etiam illius & Dominum, & Deum & Patrem. Refert ac damnat Euſebium Epiphanius *m* Diaconus in Synodo Nicæna ſecunda. Ceteri Deum ſuum vocare *poſſunt* ſive abſolutè ſive Chriſtum, qui etiam Deus eſt, ac de quo locum Heſychius interpretatur: etiam peccatores & Hæretici *n*: ſed benedicere, ut de Apoſtolis affirmavit Chriſtus *o*: & in Spiritu Sancto *p*, affectu & factis ſolus juſtus, valet, ut notat Didymus. Totus ſtatus Juſti conſiſtit in hoc verbo, inquit Idiota, quoniam ſolus vere Deum pro Deo ſuo habet, qui Deo tamquam ſummo bono contentus eſt, & cui ille ſufficit, ita ut ſi ei proponantur cetera, non tamen, ut illa conſequeretur, Deum offenderet. In textu Hebr. & Græco, eſt ſecundo etiam loco nomen *Domini*, ſed Latinus voluit variare.

l *Act. 4.*

Euſebius Arianorum fautor hoc loco abuſus

m *Act. 6. To. 5. poſt med.*

n *Mat. 7. 21.*

o *Jo. 13. 13.*

p *1. Cor. 12. 3*

Juſtorum ſtatus in quo conſiſtat.

Quoniam bonorum meorum non eges.) Hieron *Bene mihi non eſt ſine te*: quomodo & Symmachus: Ἀγαθόν μοι οὐκ ἔστιν ἄνευ σοῦ. Aquila verò, Ἀγαθωσύνη μου οὐ μὴ ἐπὶ σέ. *Bonitas mea non eſt ſuper te.* Si *bonitas* pro *virtute* accipiatur paſſivè intelligi poteſt de ea, quæ in Deo quum ſit, bene alium afficit, & ſenſus erit, quod ad Deum non pertineat ex debito, ſed ex ſola liberalitate, & gratia: vel activè de omni virtute, quam quis habeat, hoc ſenſu, quod etiamſi quis bene agat, ac Deum ipſum colat nihil Deo inde provenit utilitatis. Priorem ſenſum juxta verſionem Aquilæ, Chaldæa paraphaſis videtur intendiſſe, nempe, aut, *verum tamen bonum meum non procedit, vel non datur niſi à te*; בתילא אתהינא נר מנך ברם *Beram tauthi la ithhina bar minnach*. Cum qua paraphraſi concordat etiam Hieronymi editio & Symmachi. Habent omnes expoſitiones veritatem, ut & illa: *Deus meus es tu*, tibi tamquam Domino ſervire debeo, *etiam ſi bonum meum non ſuper te*, ideſt, quamvis à te nullum bonum, & utilitatem expectarem. Melior expoſitio LXX. cum qua ceteræ facile cohærent: nam is, qui nullius eget, quod ſoli convenit Deo, non tenetur cuiquam benefacere: ex alterius benefactis nihil utilitatis reportat: non ab alio quam ab ipſo bona cuncta procedunt: omnes eo egent: dignus eſt per ſe, cui ſerviatur: etiam ſi nullum præmium redderet.

LXX. Melior expoſitio.

q *l. 6. c. 6.*

Nebienſis hoc loco, & Galatinus *q* ex Midras Thehilim referunt expoſitionem, ut hæc ſint verba Dei ad Apriora David reſpondentis: *Bonitas mea non eſt ſuper te*, ideſt, Non confirmo illam ſuper te, ullumve alium mortalem, ſed (quod eſt ſequenti verſu) ſanctis, qui in terra ſunt, qui ſcilicet poſt mortem transferuntur, ad terram Dei, ſive viventium.

Athanaſius, & Euthymius arbitrantur Davidem hic ſacrificia intelligere, quibus Deum non egere ſignificet quod & ipſiuſmet Dei verbis alio confirmat Pſalmo idem David *r*: *Numquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo?* Hoc antè teſtimonio Apoſtolorum comprobavi: & multo id magis locum habet in ſuperſtitioſis religionis ſacrificiis, quam religionem gratulatur David, ut quidem Trevetus ait, repudiari, & indicat Idiota. Amplectitur alia omnia hæc ſententia quæ liberaliter concedit Deus, inter quæ illud etiam ipſius munus eſt, ut ei à fidelibus, dignè *ſ*, ac laudabiliter ſerviatur: & ſi quid à nobis oblatum ſuſcipit, non id facit, ut inde aliquid utilitatis percipiat, ſed ut novis nos donis cumulet. Quumque cuncta quæ in cœlo ſunt, & in terra, ipſius ſint, non alia, quam quæ de manu ejus accepimus, damus ei *t*. Poſtremo *ſi juſtè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet* u? quem locum Job Hieronymus mutuò Davidem accepiſſe hic dicit. Idem ipſe David poſt accepta beneficia, ſolicitus de gratitudine quærit *x*: *Quid retribuam Domino?* Hebraicè, *Quid redire faciam?* Quum verò *calicem* reſpondet, indicat nil poſſe melius, quam ut quis quodammodo deſtruatur, ut ſic conſtet nullam utilitatem in Deum redundare. Debemus erubeſcere, ut admonet Idiota, illum habere pro Deo, qui indiget bonis noſtris, qualis eſt omnis creatura: nec debemus habere pro Deo, hoc eſt, pro ſummo bono, niſi illud in quo eſt ſummum Bonum, cujuſmodi nulla eſt creatura.

r *Pſ. 49. 13.*

ſ *In Collect. Domin. XI. poſt Pentec.*

t *1. Paral. 29. 16.*

u *Job. 35. 7.*

x *Pſ. 115. 3.*

Debemus erubeſcere illum habere pro Deo, qui indiget bonis noſtris, qualis eſt omnis creatura.

Ut nos ad gratiarum inflammet actionem Bernardus *y* magnum ponit in eo momentum, quod nihil antea promeruerimus apud Deum, quum nondum eſſemus: nec ideo ſua nobis munera communicaverit, ut quaſi reciperet gratiam à nobis: præterea, quoniam prior ille nos non nos illum dileximus *z*: & quidem, *quum* adhuc *inimici eſſemus*, reconciliavit ſibi *a*.

Bernardi ad gratiarũ actionem erga Deum argumenta.

y *Serm. 14. in Cant. & l. de Diligen. Deo.*

z *1. Jo. 4. 10.*

a *Rom. 5. 10.*

Porrò qua ratione *ſervi* dicamur *inutiles* b, & nihilominus *vaſa utilia Domino* c, & is debitor nobis ob opera bona efficiatur, docuimus alio loco. Juvat valdè cogitatio iſta, nos Deo minimè neceſſarios; utileſve eſſe. Hæc poſſit cenſeri cauſſa, cur jam adventante, ac jam aperiente ſponſa, ſponſus aliò declinaverit, atque tranſierit *d*: & quare quum ſe ſolùm Elias relictum diceret, reſponderit ei Deus reliquiſſe ſe ſeptem millia virorum, qui non curvaverant genua ante Baal *e*. De hoc agens exemplo Proſper *f*, ſcribit hinc etiam ſanctorum comprimi elationem, ne quis ſe in quolibet bono opere arbitretur neceſſarium Deo, quum omne opus ſuum per quem vult, impleat Deus, *quoniam omnia ſerviunt illi* g, homo enim Deo, non Deus homine indigere monſtratur, unde ait ille ſanctus Propheta, &c. citat præſentem locum.

b *Luc. 7. 10.*

c *2. Tim. 2. 21.*

Juvat cogitatio, nos Deo minime neceſſarios utiles ve eſſe.

d *Cant. 5. 6.*

e *3. Reg. 19. 18. Ro. 11. 4.*

f *2. Præd. 28.*

Bonorum meorum non eges.) Quoniam ad εὐδαιμονίαν *felicitatem*, requirit Philoſophus *h*, τὸ αὔταρκες, *quo quis contentus eſt*, ſequitur ſolum Deum, ἁπλῶς εὐδαιμονεῖν, *ſimpliciter & abſolutè beatum eſſe*: nos quadam tantum participatione. De Deo idem *i* ſcribit, δῆλον γὰρ ὡς οὐδενὸς προσδεόμενος ὁ Θεός, οὐδὲ φίλων δεήσεται: *Manifeſtum enim eſt quod nulla re egens Deus, nec amicis egebit.* Quo fit ut quidquid creatum eſt, Dei ſit cauſſa creatum, non ad ſupplendam indigentiam illius; ſed ut ſui communicatione patefaceret potentiam & bonitatem. Vidit & Plato *k* nihil utilitatis à nobis ad Deos venire: ita ut ſit quidem iis τὸ ὅσιον κεχαρισμένον, *pietas grata*, ἀλλ' οὐχὶ ὠφέλιμον οὐδὲ φίλον *non autem utilis vel amica*, propter utilitatem nempe.

h *1. Eth. c. 5. l. 10. c. 6.*

i *7. Eth. ad c. 12.*

K *in Euthyph.*

Verſ. 3.) Sanctis qui ſunt in terra ejus mirificavit omnes voluntates meas in eis.

NON proſunt opera mea Deo, quæ dum ab eo opem peto, tutelamque offerrem, ut impetrarem, faciam quod me facere juſſit, & ut facerem, inſpiravit, nempe his, qui nomine ſanctitatis peculiariter ſunt Dei, unaque mecum peregrinantur in hac terra inferiore, ad illam aliam tendentes terram viventium: tota mentis inten-

tentione,& voluntatis affectu, ſtudio, conatu, Deus me
ipſam mirabiliter addixit, ut iis, qualicumque poſſim,
ratione proſim; certus omnia in eos impenſa officia, non
illi minus,quam ſi in ipſummet impenſa eſſent,grata fu-
tura. Quamdiu enim Feciſtis uni ex his fratribus meis
a Matt. 25. 40. minimis, inquit, mihi feciſtis *a*.

Patres,maximè Auguſtinus,qui omnino id contendit,
ob authoritatem Petri ac Pauli, de Chriſto Pſalmum
iſtum citantium, utdixi, loquentem Chriſtum inter-
pretantur, qui Patri dicat, ſe per ipſum, ejuſque manus,
omnia quæ vellet conſentanea illius voluntati, & my-
ſteria, & documenta Diſcipulis, ac eorum ſucceſſoribus
mirabiliter communicaſſe, operibus videlicet mirificis,
tum ſingularium virtutum, tum quæ dicuntur propriè
miracula,ea comprobando, ita ut ſuperiores adverſariis
exiſterent. Loquendo de David, ſenſus item eſt, feciſſe
Deum, ut ipſe illos, qui beneficio ipſius ſancti ſunt, ve-
luti tales admiraretur, obſervaret, coleret quodammo-
do, & eos juvare ſtuderet, loco Dei, qui nullius egens,
Variæ expoſitiones. à nullo juvari poterat. Poſſit etiam ſenſus eſſe, mirabi-
les factas, ac ſtabilitas voluntates Chriſti à Patre, *San-*
ctis, qui ſunt in terra ejus, ideſt, ad hunc finem, ut ſan-
ctos redderet, ac mirabiles quoque ſic Arias.

Deinde innuere cauſam aliam videtur Chriſtus qua-
re invocet Patrem fidenter, quia ſit ille benignus,ac fa-
cilis; cum erga ſanctos, ideſt, diſcipulos, impleverit
quæcumque fieri circa illos voluntate voluit abſoluta;
idque mirabili prorſus ratione. Hoc modo Titelmanus.
Tunc autem Chriſtus ſecum loqui, non cum Patre, in-
telligendus erit propter verbum tertiæ perſonæ, *mirifi-*
cavit.

Agellii nova interpretatio. Agellii nova interpretatio, recedentis ab editione
vulgata, & ſic diſtinguentis: *Sanctis qui in terra ſunt*
ejus, mirificavit: deinde in caſu Nominativo: *Omnes*
voluntates mea in eis, ſupplentis etiam initio verbum,
dixi. Hoc eſt, Dixi Domino, ſeu de Domino, *Deus meus*
es tu, &c. de *Sanctis,autem qui ſunt in terra,ejus*, nempe
de Angelis, quos præpoſuit Deus diverſis terrarum par-
tibus, & reddidit mirabiles orbi, non dixi, *Deus meus es*
tu; ſed dixi, *omnes voluntates mea in eis*,ideſt, Quæcum-
que volo, per eos adminiſtrantur; quæve mihi neceſſa-
ria ſunt,utpote quum non ſint dii ac domini,ſed admini-
b Heb. 1.14. ſtratorii Spiritus *b*: vel omnes illos maximè diligo, qui
c Pſ. 103. 4. ſolent in Scriptura nominari Sancti *c* Electi *d*: at non
c Pſ. 89.36. Zach. 1.4.6. ut Deos veneror. Vera dicit hic Auctor: ſed quum quæ-
Mat. 25.24. dam ſuppleat, nonnulla immutet, recedat demum ab
& ſeq. Luc. editione noſtra, non poſſum aſſentiri: quamvis optimus
9. 26. Auctor Idiota nonnihil faveat, quod attinet ad amo-
d 1. Tim. 5. 21. rem, qui poſt Deum, maximè debeat eſſe erga Angelos.
Pineæ ſubtilis expoſitio. Pineda *e* ſubtiliter explicat, Ne quis audiens Deum bo-
norum noſtrorum non egere, arbitretur, nec illum res
noſtras curare,dicere Prophetam,licèt ſibi ſit ſufficiens,
e in Job. c. 24 gerere providentiam potiſſimùm erga Sanctos quantam
verſ. 11. c. 4. maximam ipſemet deſiderare poſſit. Vel, ſi legamus,
Voluntates ſuas. Deum ipſum voluntatem ſuam ad id
applicare: nec hoc ſolùm, ſed præterea improbos pu-
nire, quod verſu ſequenti dici videtur: *Multiplicata*
ſunt infirmitates eorum, &c.

Eugubinus mutata perſona Deum inducit loquentem
ſic legendo, *in ſanctis, & magnificis*, ſive *mirandis*, *eſt*
omnis mea voluntas, quaſi reſpondeat priori petitioni:
Conſerva me Domine, &c. Putat præterea poſſe eſſe ejuſ-
dem prophetæ ſermonem, quo ſignificet omnem ſuam
orationem intentam eſſe ſuper Sanctis, ac probis, qui
ſint *in terra Dei*, hoc eſt, in terra promiſſionis, in qua
ſola reperiebantur Hebræi, qui religioſa cerimonia ve-
rum Deum publicè ſolemniterque colerent, cæteris or-
be toto terrarum Idola venerantibus. Nicolaus Treve-
tus ante Eugubinum eadem propemodum dicit, quæ
Eugubinus poſteriore loco: niſi quòd omnem volunta-
tem Prophetæ ſumit erga populum pro amore, quo pro-
ſequeretur illum, quia ab Idolis abhorreret.

Sanctis.) Non rectè, ut monui, ſuppletur verbum,
dixi quaſi dicat Propheta, dixi ſanctis, vel de Sanctis,
Qui ſunt in terra ejus.) Relativum omiſit Hierony-
mus. Hebraicè eſt המה *hemmach*, Chald. אנון *innun*, ipſi
Quare non refertur ad terram, alioqui eſſet pronomen
aliud paragogicum conjunctum cum ארוו *erets* &
ארעא *arhha*, ſed ad Deum, hoc ſenſu: Sanctis ejus qui
ſunt in terra. Hieronymus in Commentario ad rem retu-
f Hie & in ep. 50. q. 2. lit, exponens *Eccleſiam*. Auguſtinus *f* quoque, Ruffinus,
Aldiota, declarantes de *Terra viventium*, & alii non pau-
ci altero ex his modis interpretantur.

Mirificavit. Hieronymus, *& magnificis*. Chaldaicè:
& magnificis in operibus bonis. Sed in textu Nebienſis
plura extant. *Sanctis qui ſunt in terra, manifeſtate vir-*
tutem fortitudinis ejus de cælis: valentibus autem in ope-
ribus bonis, omnia mea bona voluntas in ipſis. Aquila:
Τοῖς ἁγίοις... *ingentibus meis*. Symmachus: Ἐς τοὺς
μεγάλους, *in magnos*. Hebraicè ואדירי *veaddire*: *& forti-*
bus, admirabiliùs, præclaris, inclytis. Auguſtinus le-
g Ep. 58 inter. ep ſt. Auguſt. Tom. 2. git, *Mirificavi*. Paulinus g: *Miras fecit voluntates ſuas*:
Vel LXX. legerunt verbum in hiphil האדיר *heedir*: vel
dictum illud aliud nomen copularunt ad *voluntates*,
mirabiles voluntates, &c. Sed efferendo per verbum
θαυμαστόω. Ceteri nomen idem retraxerunt ad id quod
præceſſit, *Sanctis magnificis omnis voluntas mea eſt*. Ri-
cardus Cenomanus mavult ſecundum: ergo primum
cum Bellarmino: quia nomen אדירי *addire*, habet for-
mam regiminis in plurali, & propterea deberet regere
aliud nomen caſus Genitivi poſt ſe: quòd quum hic non
B contingat, ſequitur textum Hebræum eſſe corruptum,
& pro ואדירי *veaddire* legendum האדיר *heedir*, ultimo
iod rejecto.

Mirificare quid ſit, docui Pſalmo quarto *h*, ubi eſt h verſ. 4.
idem verbum Græcum θαυμαστόω quod hoc loco. Addit
Theodoretus, ὁ Κύριος, repertuſque præterea in aliis
codicibus Græcis, & *Dominus*, in quibuſdam Latinis,
ut Complutenſibus, & Regiis Alibi idem Auguſtinus *i* i ep. 59. q. 11.
utitur lectione noſtra, necnon & aliis, *mirificet*. He-
bræum nomen cum ſequentibus vocibus innuere vide-
tur, claritatem & admirabilitatem proficiſci à Deo, vo-
luntatem Chriſti, vel etiam David gerentis perſonam
ejus, dirigente ac exequente. Videri item poteſt Vates
dicere, quòd benefaceret Deus Sanctis, quibus non
eget, cauſam fuiſſe, quia voluit, nec ſecundùm meri-
ta eorum, ita ut ipſimet de tam benefica ac gratuita vo-
luntate mirati ſint vehementer, ut innuit idem Augu- K 1. de pec. mor. c. 27.
ſtinus *k*.

Omnes voluntates meas.] Priùs etiam notavit minùs Qui diverſam verſus partem hic incipiant.
rectè facere qui legant, *voluntates mea*: & hinc diver-
C ſam partem verſus incipiant, nec unam cum prioribus
verbis efficiant. Videtur & Theodoretus novum mem-
brum feciſſe, legens Ὅτι πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς,
Quoniam omnes voluntates ſua in eis. Hebraicè, &
Chaldaicè *voluntas* eſt in ſingulari cum affixo primæ
perſonæ, & in editione Symmachi, atque Aquilæ, quod
parum refert. Addit Paraphraſtes, *bona*: *Omnis mea*
voluntas bona. Hieronymus quoque ſic reddit: *Omnes*
voluntas mea in eis. *Voluntates* Auguſtinus *l*, ſcribens
Paulino, legenſque cum ipſo, *voluntates ſuas*, (quamvis Voluntates ut interpretatur Auguſtin.
moneat, codices emendatiores, & electioris auctoritatis,
legere, *meas*, tantundem verò valere utramque lectio- l Supra.
nem, quum ſint opera divinarum perſonarum indiviſa)
ait eſſe munera gratiæ divinæ, quæ gratis contulit Deus
præſertim prædeſtinationis, de qua Paulus exclamat
cum admiratione *m*: *O altitudo divitiarum*, &c. Idiota m Rom. 11. 33.
legit quoque, *voluntates ſuas*, & exponens, *ſuas*, pro
ejus, vult ſenſum eſſe: quòd Deus mirabiles fecit amo-
res, & deſideria ejus (qui nimirum priora protulit ver-
ba, quibus Deum ſuum agnovit) erga Sanctos, qui ſunt
D in terra ejus, hoc eſt, in cœleſti patria, quæ dicitur
Terra Dei, & *Terra viventium*. Pronomen αὐτοῦ omni-
bus perſonis commune eſt, & Symmachus atque Aqui-
la de prima intellexerunt expreſſo μου.

Voluntates verò metonymicè pro rebus volitis intel-
ligimus, aut etiam intenſum voluntatis amantis actum.
Eximium privilegium, quod Deus cuipiam facit, di-
cens *n*: *Vocaberis voluntas mea in eo*, εὐδοκία. Quod no- n Iſa. 62.4.
men dicitur Deus, ſive Chriſtus, juxta vim verbi He-
bræi נקם *nakau*, effodiſſe, & excavaſſe, nimirum per
plagas, & vulnera. *Magna opera Domini* (in redem- o Pſ. 110.2.
ptione noſtra) *exquiſita in omnes voluntates ejus o*, id
eſt, ſumma voluntatis contentione, & affectu.

In eis.) Pſalterium Romanum & Ambroſianum, *inter*
illos. Quum legeret eodem modo Paulinus *p*, docet Au- p Epiſt. 58. apud Auguſt. Tom. 2.
guſtinus, meliorem lectionem noſtram eſſe, quàm dicit
eſſe Græcorum codicum, qui habent ἐν αὐτοῖς, monetque Auguſtini obſervatio.
ſæpe quod habet lingua illa (Hebræam opinor intelli-
git) *in illis*, noſtros interpretari, *inter illos*, ubi videtur
ſententiæ convenire. Theodorus Patriarcha Jeroſoly-
mitanus infert ex iſto loco in Synodica, quæ recitatur à
Con-

a Act. 5. Concilio Nicæno ſecundo *a*, colendas imagines ſancto-
Argumentatio ex hoc loco de colendis Sanctorum imaginibus. rum eſſe, eo quod mirabilis in ſanctis ſit Deus *b*. Legit
autem: *Sanctis in terra illius mirificas fecit omnes volun-*
tates ejus in ipſis.
b Pſ 67. 36.

Verſ. 4.] Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea
acceleraverunt: Non congregabo conventicula
eorum de ſanguinibus, nec memor ero nominum
eorum per labia mea.

AMo, ut dixi, ſocietate Sanctorum ejuſque com-
modare majorem cupio in modum, quos intelli-
go Deo inprimis caros, & curæ eſſe: impios execror
adeò multis implicatos iniquitatibus, ac nefandorum
addictos cultui ſimulacrorum, à quibus, quod ſint pror-
ſus infirma, quum ſolidam ullam conſequi opem non
poſſint veramve ſibi comparare virtutem, nihilominus
præfervido ea ſtudia venerantur: iſtorum ego inquam
etiam cœtus perditiſſimos celebratos ad pecudum fun-
dendum ſanguinem, neque cogam, neque inibo, ſed
nec eorum non modò idolorum, verùm etiam qui co-
lunt illa, unquam cum ulla honoris nota, nomen uſur-
pabo, quos judicio hominum præcipuè juſtorum, com-
memoratione memoriaque indigniſſimos: delebo illos
de libro viventium, non ſinam aliquo loco inter homi-
nes eſſe.

Adhuc loquitur modum Propheta, ſub ejus, verò
etiam perſona Chriſtus, dicens Patri, poſtquam impro-
borum peccata, & ad benè operandum imbecillitas, at-
que idola ipſa magis magiſque increverunt, feſtinanter
illos ad Fidem accurriſſe, & ad Eccleſiam, quum ſe Dei
gratia egere, meritiſque Chriſti, tandem convicti ne-
ceſſariis argumentis, cognoſcerent, ſe admittere quidem
ſive ex Judæis, ſive converſos ex Gentilibus, ut in Ec-
cleſia laudis offerant ſacrificium, nec non corporis ac
ſanguinis ſui (de quo nominatim Athanaſius, & Apol-
linarius) exactiſſimum perfectæ communionis, & ſocie-
tatis ſymbolum: ceterum reſpuere cruenta eorumdem
ſacrificia animalium; nec amplius permittere ut reti-
neant nomina vel Judæorum, vel Gentilium ſed nomi-
ne dicantur novo, quod ore ipſe ſuo locutus ſi, hoc eſt,
Chriſtiani, membra Chriſti, filii Dei.

Præter hunc duplicem ſenſum, qui multos habet ſe-
ctatores veteres (ut ſecundum Athanaſium, Theodo-
c Hie & Ep. 59. q. 2. rum Antiochenum, Auguſtinum *c*, Hieronymum,
Caſſiodorum, Remigium, Bedam, Haymonem, Idio-
d Epiſt. 58. apud Aug. tam, Latinos alios etiam recentes, nec non Paulinum *d*;
Tertius ſenſus tertius eſt Euſebii, Theodori, Theodoreti, Baſilii, Ni-
cephori, Euthymii, (cujus eſt quoque ſecundus) de
e Pſ. 33. 20. Sanctis, & Juſtis, quorum etſi multæ tribulationes *e*, hæ
tamen citò tranſeunt, aut etiam earum auctores, aut
ipſimet juſti tanto citatores in virtutis proſecutione
ſunt: volantes nec deficientes *f*: in Deo facientes vir-
f Iſa. 40. 31. g Pſ. 107. 14. tutem *g*: tunc potentes, quum infirmi *h*: omnia potentes
h 2. Cor. 12. 10 in eo qui confortat *i*: malis prementibus ad Deum ire
i Phil. 4. 14. compulſi *k*. Quartus priori ſimilis, Ruffini, Sanctos,
k Gregor. Quartus. quanto magis eis voluntates divinæ innoteſcunt, & in
ipſis mirificantur atque permanent, tanto quoque ma-
gis humanam infirmitatem cognoſcere, & citiùs feſti-
nare ad ſalutem. Quintus, Heſychii, & Paulini *l*, de
Quintus. l Supra. Judæis, qui cum Chriſto pararent inſidias, confidebant;
poſtea verò ipſum ad crucis patibulum adigentes, acce-
Sextus. leraverunt. Sextus, Ariæ, adhuc univerſe de omnibus
improbis, maximè de Idolatris; eos, dum ſectantur
Idola, & peccata, ſimul accerſere ſibi ſumptum, labo-
rem, damnum, calamitatem: & quod *accelerandi* ſignifi
cari verbo poteſt, trepidationem, inſtabilitatem.

Septimus. Septimus, Agellii; Sanctorum, præſertim Angelo-
rum, qui præſunt orbi, & quos amare ſe Proph. dixe-
rat, ſuaſque per eos neceſſitates adminiſtrari, nec tamen
pro Diis colere, apud alios homines multiplicari infir-
mitates, hoc eſt, ſimulacra ſtatui ad eos adorandos, &
confluere plurimos ad eorum ſacrificia: ſe res ac homi-
Octavus. nes hujuſmodi maximopere abominari. Octavus, Feli-
cis. Ideo dixi Domino Deum meum eſſe, quia qui mul-
tiplicant Deos, ac poſt illos feſtinant, multos aggerunt
ſibi dolores: dixi quoque Sanctis, omnem voluntatem
meam eſſe in eis, quia nolo particeps fieri improborum,
Nonus. quod eſt *conventicula congregare*, &c. Nonus, Clarii, ut
ſit imprecatio, multiplicentur dolores eorum, qui ac-
cedunt ad Deum alienum. Decimus, tropologicus to- Decimus tropologicus.
tus, Bernardi *m*; Homines corporis infirmitate multi- m Ser. 38. ex parvis.
plici oppreſſos, motique proximos, accelerare ad pœ-
nitentiam: ſed Deum, qui poteſt tales etiam ſalvare,
non congregare conventicula de ſanguinibus, ideſt,
perſeverantes in peccatis, donec ab iſtis deſerantur, an-
tequam deſerant ipſi ea: unum verò tantum latronem
ſic ſalvatum legi *n*. Attigi libenter tot expoſitiones, qua n Luc. 23. 43
tenus duas primas, quæ in unam facile conflantur, juva-
re poſſunt. Ubi textum per partes declaravero, pate-
ſcent ambæ clarius, ſimulque aliquas alias afferemus.

Multiplicata ſunt infirmitates eorum.] Hieronymus.
Multiplicabuntur idola eorum, quo etiam modo Theodo-
tio, &, ſi Teodoro creditur Antiocheno, Symmachus
vertit, ſed in præterito tempore ἐπληθύνθησαν τὰ εἴδωλα
αὐτῶν Item parapharaſis Chald. *Impii autem multiplicant*
idola ſua, ורשיעיא מסגו צלמניהון *veraſchibhaiia maſg n*
tſilmanehon. Aquila in futuro, Πληθυνθήσονται διαπονήμα-
τα αὐτῶν: *Multiplicabuntur labores eorum*, Symmachus,
B Πολλαὶ αἱ κακοπάθειαι αὐτῶν, ἀκολουθοῦσαι ταχέως, *multa cala-*
mitates eorum ſequentes cito, quæ ultima verba reſpon-
dent aliis quæ ſequuntur, & poſtea expendentur.

Quod attinet ad tempus, parum refert quodnam ſit,
quum toties unum poni pro alio, annotaverimus. Quas
infirmitates legimus Græcè ἀσθενείας, idemque ſignifi-
cantibus dictis vocibus, appellant alii Greci: Latini
præterea, dolores, anxietates, moleſtias, triſtitias, la-
bores; Hebraicè vocantur, עצבות *hhatſuoth*. Hæc vox
eadem iſta ſignificat, & præterea, *idola*, quod hæc mala
pariant, aut etiam quod elaborentur, ſeu cum labore
conficiantur vel quod in eodem ſemper ſtatu, & habitu
permaneant: quæ ultima ratio Cantapetrenſis *o* eſt. Sa- o 1. Hypotyp. cap. 5.
nè ſicut ſæpe fortitudinem ſuam vocat *Deum* Propheta,
idola merito appellavit infirmitates; utpote quum nihil
nec boni præſtare, nec queant nocere, ut in Sapientiæ
Commentario pluribus oſtenſum eſt.

Per *Idola* ſimilem vocem עצבים *hhatſabbim*, ſive per
ſimulacra reddidit aliis aliquot *p* locis interpres ſecun- p 2. Par. 24. 18. Pſ. 105. 34
dum figuram κατὰ ἐπίτητος: appellant Hebræi hac & ſimili- 38. Pſ. 134. 15
C bus vocibus, Idola, contemptim & invidioſe. Vitia, Iſa. 10. 11.
peccata errores poſſent iiſdem nominibus appellari non Oſea 4. 17. c. 8. 4. c. 13. 2.
minus quam aliis, quæ laborem, & dolorem ſignificant, Zacha. 13 2.
ut vidimus prioribus Pſalmis *q*. Confirmat Auguſtinus Michea 1. 7
r infirmitates eſſe peccata, teſtimonio Apoſtoli *ſ*: ſi *enim* q Pſ. 7. 17. Pſ. 9 7. 14.
Chriſtus, quum adhuc infirmi eſſemus, adhuc juxta tempus
pro impiis mortuus eſt: Hos, ait, dixit *infirmos*, quos *im-* r Ep. 59. q. 2
pios. Sed & ſubdit ab eodem infra vocari *peccatores t*, & ſ Rom. 5. 6.
inimicos u. De eadem notione myſtica *infirmitatis* idem t verſ. 8.
alibi Auguſtinus *x* docens *y*, mitiſſimo vocabulo nomi- u verſ. 10.
nari peccatores, *infirmos*; atrociſſimo, *peccatores* vel *im-* x in Pſ. 40. & 102.
pios: & Gregorius *z*, & Caſſiodorus *a*. Euthymius *b* in y 13. de Trin. cap. 10.
Matthæum idem docens, infert, Deum non poſſe face- z in Pſal. 1. pan.
re malum, ſive peccatum, quia peccatum vocatur hoc
loco infirmitas, & impotentia. Citat etiam Pauli dictum a in Pſ. 6.
locum. Hoc ipſum jam prior docuerat Iſidorus Peluſio- b cap. 41.
ta *c*. Poſtremo pronomen *eorum*, quod non ad Sanctos c lib. 2. Epiſt. in 117.
videtur referendum, ſed ad idololatras, importat ſic
abſolutè poſitum abſque expreſſo antecedente quem-
dam contemptum, & odium.

D *Poſtea acceleraverunt*.] Hieronym. *Multiplicabantur*
Idola eorum poſt tergum ſequentium. Hebr. אחר מהרו
acher maharu, ubi *acher* nomen eſt, ſignificans *alium*.
quaſi ſit ſenſus, multiplicatæ ſunt infirmitates eorum,
ideſt, Idola: alius, feſtinaverunt ad quæ, ideſt, quiſ-
que feſtinavit ut eis offerret, aut alteri donaverunt,
ſeu dona miſerunt. Sumitur enim Hebræum verbum
maher pro eo quod eſt *donare*, & *offerre*: aut: Multiplica-
buntur dolores eorum, qui ſcilicet alteri, ideſt, alieno,
& non vero Deo offerunt, aut, ad alios feſtinant, qui
non ſunt Sancti, ut eorum pravos mores conſectentur:
aut, ad diviſionem, ſive diſcordem ſententiam feſti-
nant: aut, poſtea infatuati ſunt; quæ poſtrema etiam
notio tribuitur eidem verbo, quamvis ferè tantum in
niphal; aut poſtea trepidaverunt, præcipites, inſtabiles,
inconſtantes facti ſunt. Chaldaicè: *poſtea feſtinant ut*
offerant munera ſua, ſive, ut ſacrificent ſacrificia ſua.
Videtur Symmachus *accelerationem* ad ipſaſmet infir
mitates & calamitates retuliſſe: Πολλαὶ αἱ κακοπάθειαι αὐτῶν
ἀκολουθοῦσαι ταχέως. *Multa calamitates eorum ſequentes ci-*
to. Aquila indicat, eos, quibus Idola ſunt multiplicata,
in de-

in deterius tetendiſſe, hoc eſt, in gravia quælibet peccata: ἐπληθύνθησαν τὰ εἴδωλα αὐτῶν, εἰς τὰ ὀπίσω ἐτάχυναν *Eorum multiplicata ſunt idola: Ad ea, quæ retro ſunt, & retrorſum*, (quod Hieronymus dixit, *poſt tergum*) *acceleraverunt*; ac, ut ita dicam, poſtergaverunt, ac apoſtataverunt, nempè cultores: vel ipſamet Idola cito *abierunt retro*, & interciderunt.

Septuaginta legentes אחר *achar*, *poſt*, & אחר *acher*, *alius*, verterunt μετὰ ταῦτα, *poſt hæc*, ut ſcilicet ſignificat idem atque, *poſt*. Nec enim ταῦτα, ut per ſe ſignificans pronomen, habet quo referatur, quum proximè antecedat nomen fœmininum ἀσθένειαι. Recitat Galatinus *a*, ex Rabbi Abba filio Papæ aliam interpretationem: *Multiplicabuntur labores vel gravamina ipſorum: alium dotaverunt*, aut *deſponſaverunt*, ideſt, qui Adam, & Eva, alium, præter Deum, nempe Diabolum, dotaverunt, tradendo ei ſeipſos per conſenſum *b*.

a l. 6. c. 6.
b Gen. 3. 6.

Celeritatis vocabulum aliquando pro idololatria in S. Scriptura.

Non diſplicet annotatio Agellii *celeritatis* vocabulo ſcripturam aliquando deſcribere idololatriam, quod ad eam homines nullo conſilio, nullave rationis interpoſita mora corruant rapti tractique pondere voluptatis: id inſinuare Domini verba in Deuteronomio *c*: *Deſeruerunt velociter* סמאר *ſaru maher*, *viam quãdam demonſtraſti eis, feceruntque ſibi conflatile*: Paullum *d*, quoque ſcribentem: *ſcitis quoniam quum Gentes eſſetis, ad ſimulacra muta pro ut ducebamini euntes*, ἤγεσθε ἀπαγόμενοι.

c Cap. 9. 12.
d 1. Cor. 12. 2

Idiotæ obſervatio & argumentatio.

Prior id Idiota obſervarat, ſimul *Idola multa* de multis accipiens voluptatibus, deſideriis vanis, paſſionibus, poſt quas ruat quis præceps, & inconſideratè. Argumentatur verò per antitheſin, non minus nos celeriter currere debere ad virtutes, quam tales currant ad vitium: nec Domino noſtro minùs diligenter ſervire, quam ipſi ſerviant domino ſuo Diabolo. Placet præterea quod Titelmanus notat, prodeſſe non raro multis multas peccatorum infirmitates, ut feſtinè ad Deum redeant, & quantum ab eo abſceſſerant, *decies tantum iterum convertentes* e, requirant eum *in toto corde ſuo*: qui paucioribus vel non adeo gravibus peccatis adſtringuntur, velut tepidos evomi ex ore Dei *f*, nec ſuos morbos æſtimare. Paulinus *g*, *accelerationem* ſumit de tot millibus Judæorum una Petri concione conſervorum *h*. Vulgo alii reddere tribulationes celeres homines ad bona opera, ſicut flagello trochum puer verberans propellit.

Titelmanus.
e Bar. 4. 28.
f Apoc. 3. 17.
g Ep. 58. apud Aug.
h Act. 2. 37. cap. 4. 4.

Non congregabo conventicula eorum de ſanguinibus.) Hieronymus: *Non libabo libamina eorum de ſanguine*. Alii: *Non immiſcebo mixtionem*. Aquilam tranſcripſit Hieronymus: Οὐ μὴ σπείσω σπονδὰς αὐτῶν ἐξ αἱμάτων. Cyrillus Alexandrinus hæc per interrogationem proferri vult: quaſi diceret: Num congregabo, ac celebrabo cœtus eorum? de ſanguinibus congregabo eos, ideſt, quandoquidem omnes interfecti ſunt, ac multus eorum ſanguis profuſus eſt, congregabo eos, Satana in perditionem abrepto, & illata pernicie Dæmonum gregibus. Didymus explicat congregaturum ſe dicere Sanctos, non de ſanguinibus, ut deferat velut oves occiſionis mactatos, nihilique faciat, ſed immortalitatem: nec memorem futurum leviter per labia ſola, ſed magni momenti habitu atque affectu. Aliter ſervata eadem interrogatione ſenſus eſſe poſſet; Num congregabo cœtus victima cædentium? tum poſtea reſponderetur, *Nec* (quidem) *memor ero nominum eorum per labia mea*, vel ſacrificantium, vel ſacrificiorum, vel idolorum. Chaldaicè, *Non accipiam ſpontaneè*, ſeu *cum beneplacito*, *commixtiones, aut libamina eorum, nec ſanguinem oblationum vel ſacrificiorum eorum*. Aſterius explicat; Non opus eſt, ut Catalogum faciam eorum ſanctorum, qui adeò multi ſanguinem fuderunt pro me, aut nominatim recenſeam etiam *per labia mea*, hoc eſt, per Apoſtolos, & Evangeliſtas: ſatis erit, ſi ſcripta ſint in cœlis, ut Paulus, paucis tantum nominatis, dixit *i*. Nicephorus, quod Judæos, qui occiderant Chriſtum, non congregabit, nec abripiet à cæde, permittens gladiis Romanorum. Cyrillus *k*, item Jeroſolymitanus explicat de rejectis ſanguinariis Judæis, à quibus derelictus eſt, ne rex eſſet.

i Philip. 4. 3.
k Catech. 14.

Septuaginta interpretantes οὐ μὴ συνάγω συναγωγὰς αὐτῶν ἐξ αἱμάτων: inverſas voces legiſſe, אסיך *iſſich* & הם נסיכ *n ſſechehem* putat Agellius à radice כוס *chanas* pro וסך *naſach*. Potius arbitror ſententiam eo modo clarius expreſſiſſe, quia ad libandum ſolent homines convenire, & ut docerent nullam ſocietatem, atque communionem, eſſe cum talia ſacrificantibus, quod vocat Paulus *l*, fieri *ſocios Dæmoniorum*; & in Deuteronomio *m*, Deus *ſpurcitiam deteſtandam inquinamentum*, ac *ſordes abominandas*, poſtremo *anathema*.

l 1. Cor. 10. 20.
m Cap. 7. 25

Nomen Græcum *Synagogarum* non de Judæis dumtaxat dici, verùm etiam de Gentilibus, alibi *n* oſtendi; quidque differat ab *Eccleſiarum* vocabulo: quod etiam licèt ad nos accommodetur, ſicut illud ad Judæos: tamen communem quoque habere acceptionem poteſt.

n Act. 9.

Per *ſanguines*, aut *ſanguinem*, quamvis homicidia, & execranda quæque, ac turpiora intelligi crimina valeant, ita ut hæc patrantes devitare ſe Propheta, Chriſtuſve aſſerat: nihilominus præſtat intelligere de ſacrificiis cruentis, vel in quibus humanus quoque fundebatur ſanguis, (quod pauciores faciebant, hique Gentiles ſolum,) vel animalium aliorum. Si ſolus loqueretur David, populuſve Iſraeliticus, aut hujus populi, Levitæ, ac Sacerdotes, ſermo eſſet de vitando ſacrificio, & libatione ſanguinis, quæ cavebatur lege, cum omni guſtu ſanguinis *o*, de qua egimus in Actibus Apoſtolicis *p*. Generalis ſententia eſt, quoniam unus jam ſanguis pro cunctis datus eſt, quo veraciter mundentur, ut ait Auguſtinus *q*, nempe agni immaculati Chriſti, & incontaminati *r*, quemadmodum innuit hoc loco Didymus. Quo ſpectat affinis in alio Pſalmo ſententia *ſ*: *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.*

o Lev. 10. 10 & ſeq.
p Cap. 15. 25
Generalis ſententia.
q 1. de Peccat. mor. c. 27
r 1. Pet. 1. 19
ſ Pſ. 49. 9.

Nec memor ero nominum eorum per labia mea.) Eorum tum ſacrificiorum, tum ſacrificantium, tum Idolorum, tandem & Gentilium, & Judæorum, quorum abrogandi ritus, nomenque, ne deinceps Dei dicatur populus, ne & hi, & illi denominentur à peccatis, quibus tenebantur, ſed ab his abluantur, & juſtificentur *t*: quando pro ut abundaverat delictum, ſuperabundabat & gratia *u*; accelerabunt. In die illa, pollicetur apud Zachariam Deus *x*, *Diſperdam nomina Idolorum de terra, & non memorabuntur ultra*. *Memorem eſſe nominis* alicujus *y*, vel *memorare*, eſt celebrare, ac laudare: *Et laudabunt me in terra captivitatis ſuæ, & memores erunt nominis mei* z, *Non delebo nomen ejus de libro vitæ* a; *honorabile nomen eorum coram illo* b. E contrario *non memorare*, ſignificat non æſtimare, & contemnere *c*, ac penitus etiam de memoria obliterare, *Venite, & diſperdamus eos de Gente, & non memoretur nomen Iſrael ultra* d: Sic contra Jeremiam, Chriſtumque adumbratum per eum, dicebant machinantes *e*: *Eradamus eum de terra viventium, & nomen ejus non memoretur amplius*. In Pſalmo nono *f*: *Periit impius: nomen eorum deleſti in æternum, & in ſæculum ſæculi*: & paullò poſt *g*: *Periit memoria eorum cum ſonitu*. In Exodo *h*: *Delebo memoriam Amalech ſub cœlo*. Paulinus *i*, docens in Scriptura, divitum, quorum vel crimina, vel ſupplicia ſignata ſunt, nomina ſignificata non eſſe, hunc locum citans, *labia* ſumit duo Teſtamenta, quæ & bene cohærent ſibi, & uno Dei verbo aperiuntur, & per ipſa nos Deus oſculatur ab *oſculo oris ſui* k. Confirmat etiam exemplo divitis, cujus apud Lucam *l*, ſiletur nomen, ſed *ſtultus* nominatur, & alterius, qui non exprimitur expreſſio tamen *Lazaro m*: præterea apud Matthæum *n*, qui habens multas poſſeſſiones abiit triſtis invitatus à Chriſto: denique talium non ſcribi nomina in Evangelio, quia nec in libro vitæ habentur. Chryſoſtomus *o* urget hunc & alios locos, ut oſtendat quam debeamus abhorrere à conſortio à malorum, & occaſione peccandi Juxta tropologiam, immutatio nominis, conditionis denotat in melius mutationem, ut prius dixi, & novum jus dominii in eo, qui imponit, ſicut Danieli, & ſociis Nabuchodonoſor impoſuit *p*. Cavenda mali occaſio, ut ea ne nominentur quidem *q*, à quorum uſu removendi ſumus. Et quamvis in nominibus per ſe uſurpandis nil mali eſſet, *Perfecti eſt*, inquit Idiota, *etiam à licitis abſtinere voluptatibus, ut magis totus feratur in cælum, & contemplationi divinorum puriùs vacet*. Hugo Card. moraliter digreditur in Eccleſiaſticorum beneficiariorum cœtus conſtantes ex ſanguinibus, ideſt, ſanguine junctis, & ſic ædificantes Sion, hoc eſt, Eccleſiam in ſanguinibus *r*.

t 1. Cor. 6. 10
u Rom. 5. 10.
x Cap. 13. 2.
Scripturæ phraſes.
y Pſ. 44. 18.
z Bar. 2. 32.
a Apoc. 3. 5.
b Pſ. 71. 14.
c Job. 28. 18.
d Pſ. 82. 5.
e Jer. 11. 19.
f verſ. 6.
g verſ. 7.
h Cap. 17. 14.
i Epiſt. 31.
Divitum nomina non ſignificata in Scriptura; quorum crimina & ſupplicia ſignata ſunt & cur.
k Cant. 1.
l Cap. 12. 16. 20.
m Cap. 16. 19. 20.
n cap. 19. 22.
o Hom 14. in Ep. ad Hebr.
Immutatio nominis conditioni in melius mutatæ denotatio.
p Dan. 1. 7.
q Eph. 5. 3.
Perfecti eſt etiam à licitis abſtinere voluptatibus Hugonis Cardinalis moralis digreſſio.
r Hab. 2. 12.

Verſ.

Verſ. 5.) Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi.

Verſ. 6.) Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara eſt mihi.

QUidni contemnerem, ac reſpuerem omnium iniquorum cœtus, & Gentilium, & Judæorum, quorum minus perfecta lex, melioriſque figura: nam longè dictior & amplior mihi portio hæreditaria offertur, Deus nimirum ipſe cum Sanctis ſuis tam dulcis mihi, quam ſuaviſſimi potus calicis *a*, ex quo etiam ſine liquore vacuo, ſed ſortibus pleno, ſua cuique hæreditatis adeundæ, pro parte, ſors extrahi ſolebat, vel tamquam paſſionis meæ præmium erit *b* Deus: vel Pater particeps erit credentium in me, & mortis meæ, ratione clementiæ, ac bonæ voluntatis ſuæ *c*. Tu, inquam, Deus es, qui te mihi & ſervos tuos Sanctos, velut hæreditatem tradidiſti, quique ſalvam, integram, ſartam tectam eamdem ſervabis, ut ſuo demum illam tempore poſſideam perfectè, ac ſecurè, quum tradidero tibi ego Filius tuus regnum tuum *d*, vel (comprehendendo iſta ſententia omnem juſtum, & electum) quum potiar tua viſione. Hęc hæreditas comparabilis videtur cum illa agri amœniſſimi parte, quam quis, poſt ejus, per menſorios funes diviſionem, ut propriam conſecutus eſt. Nulla mihi potior habebitur unquam iſta, nec eam ulli alteri comparavero. De iſta hac hęreditate Chriſti quę eſt Eccleſia, actum etiam Pſalmo ſecundo, ad ea verba *e*: *Dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ*. Chriſtus præterea de eadem intellexit, quum dixit *f*, *Pater quos dediſti mihi de mundo, tui erant, & mihi eos dediſti*.

a Cyrill Al.
b Euſebius, Theodoretus.
c Nicephorus, Caſſiodorus.
d 1. Cor. 15. 24.
e verſ. 8.
f Joan. 17. 6. 12. 24.

Per peculiarem quamdam accomodationem hi qui nominantur in Eccleſia Clerici, uſurpant verſiculum quintum, ut capite primo Actuum Apoſtolicorum *g* notavimus, & Iſidorus *h* docet: & creditus Auguſtinus auctor libri de Contemptu Mundi *i*, indicatque Ambroſius *k*, lege Canones *l*, quoniam ſingulari modo præceteris Deo dicati ſunt: ſicut comparatus populus Hebreus cum reliquis populis, quia religioſè colebat verum Deum, pars, ac hæreditas *m*, *funiculuſque hæreditatis* Dei *n* nominatus eſt: Levitæ vero etiam pars & hæreditas ejuſdem *o*, quoniam cultum divinum magis peculiariter procurabant. Pars eſt Deus populi religioſi, & fidelis, eo quod quum alii alios Deos adoptarint ſibi, dimiſſi ingredi vias ſuas *p*, ex optione propria, qua reſpondit vocanti vero Deo, quique dixit, *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos* q, & gratia ſua juvit, Deum ipſum verum pro Deo habere volunt, illum colere, illi parere. Proſper *r* hoc exponit de illis qui terrenis poſſeſſionibus ex corde renuntiant: docens nihil eo eſſe poſſe felicius, qui efficitur Conditor cenſus, & hæreditas ejus eſſe dignatur ipſa divinitas.

Clerici per peculiarem accomodationem verſum hunc ſibi uſurpãtes.
g verſ. 17.
h In Joſue c. 15. & lib 2. De Offic. Eccl. cap. 1.
i c. 2. Tom. 9.
k 1. Offic. c. 50. & de fuga ſecu. c. 2.
l 22. q. 1 c. 5. & 6.
m Jer 10. 16 c. 51. 19. Eccl. 17. 19.
n Deut 32. 9
o Num. 18. 20
p Act 14. 5.
q Joan 15. 16
r 2 de vita contem. c. 16.

Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei.] Qui Latinam fecit Chaldæam paraphraſin, vertit, *Domine*, in vocativo; contradicentibus tamen aliis editionibus nec non verſione Nebienſis.

Pars hæreditatis, Hebraicè, *Pars portionis*, vel *Pars & portio* מנת חלקי *Menath chelki*, & quandoque *Pars* ſ per ſe poſita, & *portio* t, & cum addito *ſubſtantiæ* u, idem eſt ac hæreditas tota, & integra hæreditatis ſubſtantia, quam habet unuſquiſque ut ſuam atque propriam; quoniam patris facultates diſtribuuntur inter hæredes, perindeque eſt ac ſi diceres *partem hæreditariam*. Hoc jam prius Pſalmo decimo *x* annotavimus, ubi *pars calicis* nominatur, quaſi etiam diceres *partem caliceam*, ita ut intelligatur portio eſculenta, & poculenta, ſive cibus ac potus, denique cuncta vitæ neceſſaria. Deum *cordis ſui* appellat David *y*, & *partem ſuam*. Beatitudinem quoque vocat Paulus z, *partem ſortis Sanctorum in lumine*, quia ſortibus diviſæ partes obtingebant. Sed relege quæ docui Pſalmo illo decimo, & de *parte*, & de *calice*, ut de *hæreditate* dicuntur.

Phraſes ſcripturæ.
ſ Thren. 3. 24 Job 20 29. & Pſ. 72. 26. & alibi.
t Pſ. 118. 57
u Pſ. 141. 6.
x Luc. 15. 12
y verſ. 7.
z Pſ 72. 26. Coloſſ. 1. 12.

Non ineptè ſacrificiis priùs excluſis, ſacrilegiis, aut jam non neceſſariis, nomine *calicis* indicari poſſit cruentum Chriſti in cruce ſacrificium, & in Euchariſtia incruentum; præterea quæ *calix inebrians* beatitudinis, ut Cajetanus annotavit. De paſſione Philaſter *a* etiam *calicem* intelligit. Præter vero ea etiam quæ notata ſunt de *calice*, fieri poteſt, ut, quod Arias ait, alludatur ad mortem celebrandi hæreditatis pactum epulo, poculique communicatione, & id innui locis illis *b*: *Calicem ſalutaris accipiam*; & c, *Poteſtis bibere calicem*.

a Hæreſ. 44.
Mos celebrandi epulo hæreditatis pactũ.
b Pſ. 115. 13
c Mat. 20. 22.

Confirmo hic rurſus, quod paullo ſupra dixi, Deum ipſum populi fidelis *partem* dici, quod veluti obvenerit ei, quum infideles aſciverint Idola ſibi, quæ colerent. At negat Agellio, id vel innui verbis Deuteronomii *d*. *Quæ creavit Dominus Deus tuus* (ſolem, lunam, aſtra, &c.) *in miniſterium cunctis gentibus quæ ſub cælo ſunt*, ideſt, inquit, quæ ſibi ut partirentur Gentes, ac pro Diis colerent, permiſit. Hoc profecto non eſt *creare in miniſterium*: nec refert verbum ἀπένειμε, quod in argumentum ille adducit, quia ἀπονέμειν eſt dividere ac diſtribuere; largiri ſignificat, etiam in ſolidum, cunctis eadem, non diverſis per partes diverſas. Chaldæum ejus loci verbum זמן *zammen*, valet *præparare*, Denique longe aliter diviſionem, etiam propriè ſumptam, alii *e* ſumunt, videlicet eo modo, quo *in omnem terram exivit* *cælorum ſonus*, Hebraicè, *linea*, *exiiſſe* f dicitur, proprium quemdam influxum communicando; vel propter viciſſitudinem diei noctiſque. Nec illud prorſus verum ſemper ejuſdem Agellii, ut *pars* denotet hæreditatem continuæ rei, ut, agri: *calix* in dividendo rerum numero locum habeat, ut, ſi ex ovibus centum dentur alicui decem, hic illius dicatur calix: nam citato vidimus loco, de omni hæreditate *calicem* uſurpari; nec ſortes namque conjici, & extrahi minus de calice poſſunt, ſive de rebus partitio, & ſortitio continuis fieri debeat, ſive de diſcretis: Illud potius ad mores aptè referri poteſt, beatitudinem dici *partem*, qui licèt Deus totus, non tamen, ut loquuntur Theologi, totaliter percipitur, vel comprehenditur. Lege B. Thomam *g*. Preterea Athanaſius *h* in ſortitione, ac partitione veſtium Chriſti *i* conſiderat præfiguratum fore ut ipſemet ſors noſtra eſſet. Athanaſius apud Ethymium *k* probat conſubſtantialem Patri filium & Spiritum ſanctum, quia ſicut hoc loco Pater vocatur *hæreditatis pars noſtra* ſeu hæreditas: ita Jeremias *l* filium appellat *partem & virgam hæreditatis Jacob*, Paulus *m* Spiritum ſanctum *pignus hæreditatis noſtræ*.

Agellii expoſitio loci Deuteronomii refutata.
d cap. 4. 15.
e Olaſter, Eugubinus.
f Pſ. 18. 5. Rom. 10. 18.
Agellius improbatus
Athanaſii ex hoc loco doctrina.
g p. Par. 9. 12. art. 7.
h Serm. de Paſſion.
i Joan. 19. 24 Pſ. 21. 19.
k Panop. p. 1. tit. 2.
l cap 10. 16.
m Eph. 1. 14

Tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi.) Hieron. *Tu poſſeſſor ſortis meæ*. Alii: *Tu ſuſtentas*, aut *ſuſtentabis ſortem meam*, aut *ſuſtentans*: vel ut ait Fœlix; *Tu poſuiſti, & feciſti manum meam ſeſe inclinare, & deſcendere ſuper ſortem meam*, vel, ut Arias, & Agellius: *Tu es qui tenes manu ſortem, & partem, quæ me contingit*: vel ut Campenſis, *Tutaberis illos, qui veluti ſorte obtigerunt mihi*, ut ſit, quod ait Flaminius, magnis impiorum conatibus oppugnata Eccleſia mea, tuo præſidio tuta, firma, immobilis. Utrumque verum, hæreditatem Chriſti, & Deum ipſum eſſe, & Eccleſiam.

Pro *hæreditate* vox Hebr. גורל *goral*, *ſortem* ſignificat ſive ſorte provenientem hæreditatem: ſicut & κληρονομία, quæ hic etiam, & prioribus verſus verbis habetur. Loco verbi, *reſtitues*, eſt Græcum participium ἀποκαθιστῶν, cui ſimile verbum ἀποκαθιστάνειν reddit interpres eodem modo in Actibus Apoſtolicis *n*. Putat Agellius ſenſum eſſe verbi Græci, quod attollat Deus, elevet, educat, manu propria veluti extrahat, teneat, appendat, rependat, ponderet, ſuſtineat, ſortem quam exiſtimet aptam, & congruentem, ita ut Dei præcipuè beneficium ſit, Deum ipſum conſequi pro ſorte ac hæreditate, idemque ſit Deus tum ſors, ac hæreditas, tum ſortis atque hæreditatis diſtributor. Eadem Hebræi vis verbi תומיך *thomich*, quaſi pugno manuque apprehenderit velut ex urna ſortem, & retinuerit tenaciter, ut non ſit periculum ne elabantur, aut ne ſuo ſaltem tempore plene tradatur. *Suſcipere dextera*, apprehendere digitis, tenere ſceptrum, ſuſtentare manus, perficere greſſus, ſuſcipere alium & aliis talibus modis redditum Hebræum verbum reperies conſulto Theſauro Hebræo. *Reſtituere* igitur erit idem quod ſtatuere; ſicut *retribuere* quod tribuere, hoc eſt, firmare, ſtabilire, ut nemo de poſſeſſione valeat deturbare.

n Cap. 1. 6.
Phraſes ſcripturæ.
Verbum reſtituere quid ſignificet.

Quod ſi placet propriè *reſtituendi* verbum ſumere, *Chriſto reſtitui* dicitur, quia debita erat meritis ejus gloria corporis, propagatio nominis & Eccleſiæ: interim veluti ſuſpenſa ad tempus. Et qui diſceſſerant à Deo, iterum per fidem reſtituendi erant: inquitque Euthymius: